

ipsum dæmonem convertunt; atque ab ipso opem ac consilium postulant. Hoccine non est Christo contradicere? Accedit quod contradicunt fidei christianæ datæ in baptismō, in quo renuntiarunt Satanæ, et Christo se manciparunt. Nonne hæc est abominatio omnium *pessima*, ut ibi appellatur a Deo? Quid magis impium, quam quod Julianus imperator egit, quando apostata factus, sanguine victimarum diabolicarum S. Chrismā a fronte extergere et diluere baptismū conatus est, teste sancto Gregorio Naz. orat. in Julian? At isti nonne quid simillimum agunt?

IV. Qui ad singulare certamen provocant, aut provocati comparent. Contradicunt enim hi Christo, qui Herodis furorem fugit infans, et Judæorum sævitæ non semel cessit adulstus, et verbo idipsum docuit: *Ego autem dico vobis, non resistere malo*, Matth. V. Quid igitur illi, qui Christianos se fatentur, et duella recusanda negant? Nonne Christum ipsam Dei sapientiam vanitatis et erroris arguant? At videant illi, quam enormiter errent. Imprimis causæ æquitas per ejusmodi certamen minime declaratur, cum ordinarie vincatis, qui fortior aut pugnandi peritior est, non qui æquiorem causam habet. Hinc in cap. Significandus de purgat. vulgari, describitur talis casus; duos quorum unus alterum accusabat furti, inter se probatōnis causa pugnasse duello, et justum interemptum esse; furtum enim inventum fuisse apud alterum. Quare in jure canonico hoc certamen graviter interdictum est. Deinde hæc duella nihil generositatis habent, cum fere sint vilissimorum hominum tantum et quo quisque vilior est, eo audacius vitam suam prostituat. Unde olim nonnisi servi et abjecti homines talia inibant certamina, « qui animam suam venalem » habent; quia nihil ferme perdere possunt: unde non de pari corio ludunt cum alio honesto viro. Accedit nihil ibi virtutis esse, cum timore tantum dedecoris pudore tales ad arma stimulentur, velut si capitaneus retro militem stans hasta intenta pugnare eum cogat. Hinc Augustus Cæsar sapientissimus provocanti se ad duelum Marco Antonio, clare denuntiari jussit, se ubi rerum suarum desperatione coactus fuerit odio habere vitam suam, alias moriendi vias inventurum, honestiores illo cruento furore. Caussin. in Aula sancta. Et uter illorum generosior? Certe Augustus qui imperium diutissime tenuit, et stans mortuus est: Antonius vero victus primo ab Augusto ad Actium prælio navalium, deinde Alexandriae ab eodem obcessus, gladio sponte incubuit, et in brachiis feminæ obiit. Plut. in ejus vita. At mundus pro decore habet, ais. Resp. Mundus perversus et judicio eversus est, cui si tu vitam et sanguinem obstrinxisti, miserrimum es mancipium. Quid igitur consili? Quod egregius doctor Dominicus Bannes dedit, nimurum ne te abdas in tenebras, sed ambules in publico exporrecta et imperterrita fronte, et si forsitan adversarii te adoriri velleant, fac ut paratum te inveniant, ad vim vi repellendam, quod lex naturæ permittit. Sic incedit leo coram canibus et venatoribus lento gradu, et subinde restitans, quasi eo contemnens; sic terret adversarios. At hoc non capiunt homines, sinite eos, caci sunt et cœorum duces.

Vidimus contradictores Christi aliquos. Sed quid his contradictoribus contingat aliquando? Michol sterilitate punta fuit propter viri derisionem, consequenter et a spe regiæ successioneis per filios ob'indæ, prorsus dejecta, insuper et quinque sororis suæ Merob filios, quos a loptarat, in crucem actos cernere debuit. Idem eveniet illis, qui Christo contradicunt et contradicendo illudunt: steriles manebunt ab omni bonorum operum fructu, et velut arbores in frugiferæ et cœlesti regno excindentur. Ad hæc prava eorum opera in crucem gehennæ agentur. Sunt enim velut sterilis illa fucus, quæ folia tan'um protulit, non fructus: unde quia locum in vinea frustra occupabat, excidi demum jussa est; quod a nobis avertat Deus.

## CONCIO II.

### QUIBUSNAM CHRISTUS IN RUINAM SIT POSITUS.

I. Iis, qui velut cœci in Christum inpingunt. — II. Iis, qui nimis acutum videre volant. — III. Iis, qui in ejus clementiam delinquunt. — IV. Qui nolant uti remedium a Christo sibi paratis. — V. Iis, qui instrumenta salutis vertum sibi in perni ciem. — VI. Iis, qui Christi mensa abatuntur. — VII. Carnalibus, qui festa Christi convertunt in luxum. — VIII. Superstitionis, qui sacra ad cultum dæmonis applicant.

### THEMA.

*Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel*, Luc. 2.

• Severa hæc prædicatio est, • inquit Stella in hunc locum Lucæ citatum, « quam omnes, qui Christiani sumus, sèpe contemplari debemus, ut videamus quid in nobis operetur agnitus Christi; an ad meliora pergamus, an vero in deteriora ruamus. » Auditu enim horribilissimum, quod non uni vel alteri, sed multis et longe horribilius, quod ipsum non simpliciter de malis hominibus aut gentilibus, sed de Israel dicitur, hoc est, de his in quos nullam rei suspicionem propemodum cadere posse aliquis arbitretur. Nec hoc solum Simeon dicit, vir justus et Spiritu S. afflatus: dictum quoque ante fuit ab Isaia, cuius verba sunt, cap. VIII:

*Erit Dominus in lapidem offensionis et in petram scandali duabus domibus Israel: in luquem et ruinam habitantibus Jerusalem. Et offendent ex iis plurimis, et cedent et conterentur, et irrelentur et capiuntur. Ita ille. Sed quid hoc est, auditores? Quo modo Christus, Salvator dictus, in ruinam venit? Non sua intentione, sed hominum malitia. Gentiles illos spernebant, quod in cruce moreretur: idolorum cultores, quod idola damnaret: Pharisei, quod eorum hypocrisia taxaret, præpotentes, quod timerent se per eum ab imperio dejiciendos, alii, quod eorum vitia reprehenderet. His omnibus in ruinam et scandalum factus est, et fit hodieque, uti nunc audiemus.*

I. — Iis, qui cœcorum instar impingunt in Christum quia oculos claudunt. Stat in viis publica columna vel crux, que viam tibi monstrat: tu vero non attendens incurris in eum et corruis. Quis in eusa, nisi tu? Christus in mundum venit, ut n̄ bis cœli viam monstraret. Tu avertis oculos, au lire docentem non vis, conciones fugis: hinc gravius impingis, quam qui de Christo nihil audierunt: sitque tibi adeo Christus in ruinam. Ita enim ad Judæos loquitur: *Si non venissem et locutus fuisset eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent*. Joan. XV. Prædixit Dominus Math. X. tolerabilius fore terræ Sodomorum, quam iis, qui non receperunt servos Dei, verbum ue ejus. Tales autem sunt imprimis infideles, qui Christum blasphemant et contemnunt. His proximi sunt politici, qui credere se dicunt, cum vix Christiani appellan di sin, quia claudunt oculos verbo Dei, rident conciones, levicule et dubitanter loquuntur de rebus fidei. Damnabuntur isti vel ideo, quia oderunt lucem, sibi a Deo accensam. Lux hæc comburet eos: sicut lumen candelæ papiliones, qui involant in illud. Cui adscribent eau sam? Num Christo, qui velut lux ad tenebras mundi illuminandas venit? Imo suæ cœcitatí qua velut noctuæ et vesperilioes lucem oderunt et extinguere conantur sunt.

II. Qui nimis acutum vi dñe, et Christi arcana rimari volunt. S. Winoco abbati mola, divinitus mota, farinam dabat: at ejus fratri, qui curioso per foramen inspiciebat, indagare volens, quomodo mola verteretur, cœcitatem attulit, et stetit. Ut in ejus vita VII. Novemb. Lipel. Anseres, scribit Plinius, lib. X. cap. LIX. dum radices morsu nituntur evellere, colla sua interim quandoque abrumpunt. Idem fere contingit illis, qui profunda fidei mysteria suo ingenio temere conantur eruere. Tales autem imprimis sunt hæretici; qui nihil credere volunt, nisi quod palpare, aut intellectu suo capere possunt, v. g. an et quomodo Christus in

Eucharistia sit et similia. Novimus aream fœderis quæ aliquoquin unicum fere Judæorum præsidium fuit, Bethsamitis Hebreis interneficem quinquaginta millia hominum de plebe attulisse, quod eam contra Dei præceptum detracito integumento nudam et curiosus essent intuii, quam tamen Philistæ tectam illis transmiserant. I. Reg. VI. Non miremur ergo, si tot millia hominum permisit Deus labi in hæresin, quia filem non tam Deo, quam suo capiti habent.

III. Qui in ejus misericordiam et bonitatem peccant. Hi enim dum misericordiam ab eo extorquere volunt, hoc ipso se indignos ea constituant. Præfisi Hebrei temere nimis in sola arcæ presentia fuerunt, quando ob peccata sua a Philistæ cœsi clamaverunt: *Afferamus ad nos arcam fœderis, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum*. I. Reg. IV. Verum nihil effecerunt: rursum enim cœsi sunt, et simul arca capta fuit a Philistæis. Putarunt enim satis esse habere legem Dei præsentem in arcam custoditam; cum ipsi non curassent eam custodire in corde suo; quin et illi ipsi sacerdotes, filii Heli duo, qui eam adduxerant, essent impuri et improbi. Itaque ex præsentia arcæ plus damni passi sunt, quam ex absentia. In priori enim prælio quatuor milia hominum tantum perdiderunt: in posteriore vero præte arca tringita millia plaga magna nimis, ut dicitur I. Reg. IV.

IV. Qui velut des perabundi et ignavi nolunt uti remedii a Christo comparatis. Illa enim diffidentia de Dei misericordia et bonitate erit illis in ruinam et damnationem, ut indicat Dominus in parabola talentorum, Matth. XXV. Cum enim servus piger dixisset Domino suo: *Dominus scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, et congregas, u'ni non sparsisti: et timens abii et abscondi la'entum tuum in terram*; audiit enim a Domino, *Serve male et p'ger, sciebas, quia meto ubi non semino: oportuit ergo te, etc. Tollite ergo talentum ab eo et servum inutilitem mittite in tenebras exteriores*. Videntur hi sentire cum impiis illis militibus, qui Christo illuserunt arundine et spinea corona, quasi ejus regnum esset arundineum, inane et spineum, cum tamen ex illis ipsis Christi ludibriis, pro nobis susceptis, assurgere ad spem deberent et cogitare e spinis illis prodituras rosas et salutem nostram. Quod ergo bonis est in resurrectionem, hoc est malis in ruinam: quomodo arca Bethsamitas occidit, Cariatharenos servavit, Ozam interfecit, Obedem domum benedixit: Palestinos magnis cladibus oppressit, Hebreos præsidis defendit.

V. Qui instrumenta salutis, uti sacramenta vertunt sibi in perniciem, ea blasphemando et

execrando. Scimus ex Daniele, cap. V. vasa sacra templi Jerosolymitani, quæ ad Dei cultum et hominum devotionem erant fabricata, Balthusari interitum attulisse, dum ipse jam temulentus jussit ea afferri ad mensam suam, et bibit ex illis ipso et optimates, reginæ et concubinæ ejus. In eadem enim hora qua jussit afferri vasa illa, Deus illi præscripsit necem in pariete, eademque nocte interfactus est. Idem prorsus contingit illis, qui sacramenta, quæ sunt sacra-tissima vasa, ad Dei cultum et salutem nostram instituta, impio ore profanant, traducunt, execrantur et deludunt pastorem mensis et compitis. Talibus enim fiunt in ruinam et damnationem, quæ a Christo instituta sunt ad omnium salutem. Theagenis statuum quidam ejus obrectator singulis pene noctibus tamdiu flagris occidit, donec tandem super ipsum corruit eumque oppressit. Pausanias in Eliacis. Sic isti, quia sacramenta salutis suæ, monumenta Christi Domini salutaria quæ alioquin ad salutem nostram erecta sunt, blasphemis cœidunt, ab ipsis opprimuntur. Unde Christus appellat se *lapidem offensionis*, qui conteret eum, in quem cederit. Hæc sunt vasa illa, quibus oleum cœlestis nobis subministratur. Jam vero qui hæc vasa confringit, nonne in ruinam suam frangit?

VI. Qui Christi mensa abutuntur; uti primo qui ad S. Eucharistiam indigne accedunt: talibus enim cedit in ruinam S. Cyprianus, serm. V. de lapsis, scribit de femina quadam indigne communicante: « Non cibum sed gladium sibi sumens, et velut quædam venena lethalia palpitanus et trepidans concidit: et quæ fefellerat hominem, Deum sensit ultorem. » Sic mensa Estheris et Assueri mortem attulit Amanni, ubi gloriam et honorem se a equisitum sperabat, quia hostili animo ad eam accessit. Ante arcum saltat et ludit David et benedicitur Obededom: Oza vero tangens eam sine debita reverentia occiditur. II. Reg. VI. Ruffinus in vitis PP. lib. Macarium scribit vidisse in communione alios accipere carbonem pro hostia, quem Æthiops in eorum manus imponeret, hostiamque ad altare rediisse: alios autem sumere verum corpus Christi, refugientibus daemoniis. Illos exuberbat, hos vero toto corpore illuminabat, apud Rosweid. lib. VI. de vitis Patrum, libello primo et alibi. Mel dulcis simum ac cœlestis donum est, e rore cœli confectum; id quidem semibus et phlegmaticis frigidæque complexionis hominibus salutare est; pueris vero ac cholericis et quicunque calidæ complexionis sunt, noxiū dicitur a Galeno. Bene igitur manna (sacræ Eucharistiæ typus) dicitur Exod. XVI. versu XXXI. habuisse gustum similem cum melle. Idem manna Hebræis de cœlo datum coriandri

speciem habuit, Exod. XVI. Coriander autem hominibus conductus, canibus venenum est, secundum Isidor. et Plinium, libro XX. nat. historiæ cap. XX. Pari modo S. Thomas in hymno eucharistico canit de Eucharistia: *Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptuosis, quam sit dispar exitus.* Et post: *Eccepanis Angelorum, vere panis filiorum, non mittendus canibus.* Qui ergo sicut pueri non dijudicantes corpus Domini, vel cholericæ, cum odio et rancore, vel ut canes immundi cibum vitæ sumunt, mortem sibi comedunt.

VII. Carnalibus, qui festa Christi natalitia et his similia convertunt in luxum. Instituti sunt hisacri dies, ut in illis spiritum nostrum, a laboribus corporis dimissi loveamus et ut Christo debitum cultum deferamus. Ad quam multi his diebus corpus tantum curant, animam negligunt, imo gravius, quam unquam alias sauciant et occidunt, et quasi denuo in seipsis Christum crucifigunt! Judæi certe eum in festo crucifigere noluerunt! *Non in die festo aiunt: imo nec suspensorum corpora sabbato in crucibus relinquerunt.* At quam multi his sacris diebus reliquerunt pendere animas suas in cruce peccati! Quam multi adeo etiam Christum denuo crucifixirunt.

VIII. Superstitionis, qui diebus, locis, et rebus sacris abutuntur ad superstitiones, adeoque ad obsequium dæmonis, quod fere hoc tempore contingit. Sic Hebrei serpentem æneum, cuius aspectus admorsis a serpentibus salutem attulerat, converterunt sibi in perniciem et venenum, dum proposuerunt adorandum velut Deum, ei que incensum adoleverunt, quem idcirco confregit Ezechias rex et appellavit eum *nohestan*, id est, *ærulum seu parvum æs IV.* Reg. XVIII. Debebant Hebrei inde excitari ad memoriam antiqui beneficii et gratiarum actionem, at verterunt illum sibi in venenum. Quæ autem est ingratisitudo et stultitia, postquam a diaboli illusionibus, quibus gentiles decepit, liberati et ad lumen deducti sumus, iterum velle in ejus servitatem et Ægypti tenebras redire cum Hebreis illis, quibus propterea Deus adeo iratus olim fuit? Hoc cum in quibusdam rebus facerent Galatæ, observantes dies et menses, et tempora et annos, severam ejus epistolam scrispsit S. Paulus, in qua inter alia cap. III. ait: *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit, non obediens veritati?*

Videat nunc unusquisque quid in ipso operetur agnitus Christi; num sursum ad meliora tendat, et in resurrectionem: an deorsum ad pejora, et in ruinam. In vobis hoc est positum, cavete ruinam, conamini potius assurgere ad resurrectionem hic per gratiam, et ibi per cœlestem gloriam.

## CONCIO III.

## MIRA DE CHRISTO INFANTE PRÆSAGIA.

I. Magna esse debent, quæ de infante Jesu dicta sunt.  
— II. Quæ Isaías dixit. — III. Quæ angelus Gabriel dixit. — IV. Quæ Simeon seax dixit.

## THEMA.

*Erant pater et mater ejus mirantes super his, quæ dicebantur de illo, Luc. 2.*

Magna debent esse, quæ intelligentibus et sapientibus admirationi sunt. Hinc enim Cyrum Persarum regem nihil mirari solitum esse, scribit in Cyropaedia Xenophon, quod admodum sapiens et magnanimus esset. Sapientissima erat Virgo Deipara, ut nemini dubitandum, a Deo pso edocta: post ipsam sponsus ejus magna ieiunia divinarum rerum cognitione praeditus fuit, utpote vel a sponsa sua in plurimis dubio procul eruditus. Et tamen hi parentes Christi mirati esse dicuntur, quæ de Filio dicebantur. Magna ergo necesse est ea fuisse et admiratione dignissima: nec mirum, quia et a magnis dicta ab Isaia imprimis propheta, deinde ab archangelo Gabriel, demum a S. Simeone, divinitus illustrato. Ju re igitur cum Davide exclamamus, Ps. CXVIII. *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est anima mea.* Itaque et nos cum illo scrutemur pro exiguitate nostra, et testimonia.

I. Isaías de eo prædictis, c. VII. *Vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Et *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum.* Mira sunt profecto ista et obscura. Quomodo enim Emmanuel vocatus? Respondeo ad litteram, quia fuit Emmanuel, id est, *nobiscum Deus*, ut expavit Josepho angelus, per Hebraismum *rocar*, idem est quod esse. Fuit autem Emmanuel, quia nobiscum in carne humana coepit habitare, primo visibiliter per annos 33. deinde invisibiliter in S. Eucharistia. Indicat ergo hoc verbo eum esse verum Deum: sequenti, esse verum hominem. Indicat etiam sensu morali id nomen primo, quod prior nos quæsiverit, veniens ad nos, licet reos et inimicos, cum nos debuissemus ipsum querere. *Nobiscum enim Deus appellatur*, non nos cum Deo, ut advertit ibi Cornelius. Venit etiam quærens homines, cum essent moribus corruptissimi, et pene omnino Dei sui obliti: cum essent in mediis ignorantiæ tenebris: quam obrem media nocte nasci voluit ut noctem ignorantiæ humanæ sua luce illustraret. • Quando venti plenitudo temporis, hoc est, quando plenitudo et abundantia temporalium oblivionem inopiam fecerat æternorum: (ait S. Bernardus, serm. I. de Adventu) misit Deus Flum suum in mundum; inquit S. Paulus

us ad Galat. IV. Quando igitur minime dignus erat mundus venit ad eum Deus, ipsum sibi reconciliatus. Et tu non dignaberis prior adire inimicum tuum, eumque tibi conciliare.

Secundo, quod ipse quidem semper adesse suo auxilio paratus sit: nos vero sæpe cum ipso esse nolumus, nec cum auxilio ejus cooperari: sed fugimus ab illo, et excitantem audire nolumus, immersi voluptatibus vel iisdem inhiantes. Ipse stans ad ostium cordis nostri et pulsat, Apoc. II. nos ipsum sæpe excludimus. Propositus aliquando Baduradus episcop. Paderbornensis in familiari colloquio circumstantibus hanc quæstionem, quid sibi vellent ea Salvatoris: « Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet? » Cui quidam ex eis respondit, S. Meinulpho diacono episcopi audiente: « Christus Filius hominis cordis nostri domicilium sibi expedit, sed peccata nostra eum inde excludunt. » Quod responsum ab episcopo approbatum Meinulphi animum tanto Christum in pectoris sui hospitio recipiendi accedit desiderio, ut non solum ei pectus suum parare atque offerre, verum etiam templum materiale construere cogitarit. Ut in vita Sancti Meinulphi scribit Gobelinius Persona, apud Sur. V. Oct. Hujus igitur exemplo, cum audimus per hos dies Christum diversorio exclusum, non habuisse ubi reclinaret caput, nisi in præsepi boum, quomodo non ei reserare cor nostrum et pro hospitio offerre possumus?

Sed quomodo butyrum et mel comedet? Respondeo ea phrasim ad litteram indicare Isaiam primo quod Dei Filius verus homo futurus, et quidem infans more aliorum infantium infantilibus cibis pascendum sit, ad tollendam omnem suspicionem, ne homo tantum phantasticus, uti Manichæi finixerunt, esse putaretur. Indicat simul sensu morali. Primo Christum communis hominum victu, vili et vulgaris, adeoque minime exquisito vel peregrino, sed paupere usurum. Tanta enim erat abundantia lactis et mellis in Palæstina, ut esset cibus pauperum, velut passim obvius, ut eod. c. Isa. v. XXII. indicatur. Ergo qui Christiani esse volunt ejus imitatores sint oportet. Si enim ethnicus imp. Augustus sub quo Christus natus est, præter omnium principum consuetudinem, mores suos ac vitam ad temperantiam composuit: nam conviviis eoenisque utebatur moderatis, sine nimio sumptu: minimique cibi erat et vulgaris tantum, vini quoque parcissimus et diu rarenter bibebat: si tamen sitis urgeret, perfusum aqua panem aut fructus aliquos edebat. Veste non temere alia, quam domestica usus est, ab uxore sorore, filia neptibusque confecta: togis neque restrictis ne que fusis: clavo nec lato, nec an-

BIBLIOTHECA SANCTI PETRI